



Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LX. An fides sola justificet Relatiuè tantum, & non per modum Meriti, aut
Causa?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

credo me esse iustum; sum iustus apprehensio.

3. Nec Applicatio iustificat; quia si: i eam per Sacra menta volunt; quibus priorem esse fidem oportet. At Lutherus l. Capt. baby. c. de Baptis. & in A ffect. art. 1. 2. 6. afferit, *Sacra menta non iustificare, sed solam fidem*, ut instrumentum apprehendens iustitiam.

At sic apprehensa fides est opus seu actio: ergo opere iustificamur.

INSTANT, Rom. 3. excludi opera, non ut opera, sed ut merita.

Ergo similiter non debet excludi dilectio, spes. &c. à iustificando: Proinde non sola fides iustificat.

INSTANT porro. Virtutes eae excluduntur sub ratione meriti, vti & fides; at fides, quā est apprehendens iustitiam, non excluditur à iustificando.

At fides propriè est iudicium; impropriè est apprehensio, sed non magis quam amor, gaudium: at qui hæc apprehendendo non iustificant; ergo nec fides. Quod si fidem esse fiduciam velint, hanc melius dilectio apprehendit, quam fides; nam magis illa vnit, quam hæc.

QVÆSTIO LX.

*An fides sola iustificet relativè tantum,
& non per modum meriti,
aut causa?*

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta affirmant, fidem solum relativè iustificare, id est, sic ut ea credendo accipiat, quod Deus offert promittendo. Apprehendit autem ut causa instrumentalis; & ad apprehensionem nihil in nobis concurrit actuè, sed tantum passiuè. Vide supra quest.

Idque, addit Scharpius in Cursu Theolog.

Sect. 22. q. 7. non virtute aut merito suo fidei facit, nec ut est qualitas in nobis: sed con latiuè. In fædere enim duo sunt:

1. Substantia, ut iustitia & salus oblatæ.
2. Conditio, ut Fides apprehendens & applicans. *Sola*, particula exclusiva additione non ad se parandas alias virtutes à fide, scilicet; à quibus separari non possunt: sed à Causando iustificationem, vel ut preparato res, vel merito & dignitate sua.

SVADET ibidem multis Scharpius; sed culneis telis vrger, quæ in scopum tendunt solum fidei iustificantis docendæ.

At directè docent unam fidem iustificantem, ac minimè solam. Sicque aliud moliuntur; aliud consequuntur. Nec quid affert noui in re; sed etiam decies recusatam, Lector, siue theologaster, iudicet æquus: fatiguerint è dictis quæst. 57. 58.

AUTOR. Fides iustificat, Non solum patet suprà; Nec relativè solum, & per modum instrumenti: sed per modum causæ dignitatis ac Meriti, imponendo ac promerendo: teste S. Scriptura.

I. Scripturæ docent fidem esse causam iustificationis, dum dicunt Rom. 3. Hominem iustificari PER fidem. Ro. 5. Iustificati Ex fid.: Vbi per, & ex causa significantur; sicuti Ro. 3. 4. Gal. 2. 3. &c. vbi negat hominem iustificari per opera, legem, ex operibus, seu lege. Ita S. Aug. prefat. in Psal. 31. Nam & Alius in rebus per Scriptum EX, & PER significant veram causam; ut iustificari per Christum, per Sanguinem, per mortem. Heb. 11. Sancti per fidem vice regna.

II. Probant id loca, quæ testantur, fidem esse initium iustitiae, sive causam formalem inchoatam iustificationis;

tionis. Ro. 4. *Credenti in eum, qui iustifi- ptis. Et Flaccianos Majoristas, seu Ele- catimpium, reputatur fides ad iustitiam: fi- ctorales Ministros reprehendunt Mi- des non apprehendit, sed est iustitia, nistri Saxonici, seu Rigidi Lutheran- perfectior vel imperfectior iuxta mé- nos Molles in Colloq. Altenburg. quod suram charitatis. 1. Cor. 3. *Fundamen- distinguat inter iustitiam & Salutem;* tum aliud nemo. &c. Quod S. Patres de quasi sola fides iustificet, non opera; at fide & operibus exponunt. Act. 15. *Fi- saluent opera, non fides sola. Quibus de purificans corda eorum, à peccatis & Molles Respondent: Opera ad salutem erroribus.**

III. Scripturæ docent Per fidem impetrari peccatorum remissionem: non tantum relatiuè respicere, & apprehendere. Ut Luc. 7. *Fides tuae salu- um fecit, sc. à peccatis. Mat. 15. O mulier, magna est fides tua. Mar. 7. PROPTER hunc sermonem vade, exiit dæm. à filia tua. Sanitatem totam tribuit fidei. Sic & Rom. 4. de Abraham fide. Et Rom. 10. Omnis, qui inuocauerit Nomen Domini, saluus erit. Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo credent sine predicante? Climax est: Prædicatio est causa fidei: fides, inuocationis; hæc sa utis.*

Huc incedit Consensus Sanctorum Patrum.

IV. Quia causa formalis iustificationis, non est iustitia in Christo; non remissio pec. in nobis: sed realiter inherens nobis iustitia; quæ infunditur per gratiam, non apprehenditur per fidem. Ad infusionem vero disponunt actus fidei, timoris. &c. effectiuè; Sectarij singunt, disponere per Præsentiam; at fidem solam per Apprehensionem.

V. Necessitas Operum ad salutem euincit idem. Nam si fides sola iustificaret, sola etiam saluaret; nec amitti posset quibuscumque operibus malis, stante sola fide. Atq; hoc ita afferunt Sectarij: *Lutherus in Capt. Bab. c. de Bi-*

ptis. Et Flaccianos Majoristas, seu Ele- ctores Ministros reprehendunt Mi- nistri Saxonici, seu Rigidi Lutheran- nos Molles in Colloq. Altenburg. quod distinguat inter iustitiam & Salutem; quasi sola fides iustificet, non opera; at saluent opera, non fides sola. Quibus Molles Respondent: Opera ad salutem solam necessaria necessitate Præsen- tiæ aut Signi; salutem tamen, & iusti- tiam tribui soli fidei. Haec tenus de Ju- stificatione: Porro

II. DE IUSTITIA INHÄRENTE, seu CAV- SA Formali Iustifi- cationis:

QUÆSTIO LXI.

An iustitia nobis inherens sit forma- lis causa iustificationis ab- soluta?

LUTHERANI mirificè variant, tur- bant fœdè, pugnantque desperatè; Principio se lucem huic quæstioni in- tulisse iactabant: nunc, ob piritum dissidii, desperant.

I. LUTHERVS, & Aug. Confessio, Fidem afferunt, aut Christum fidem apprehensum.

II. ILLYRICVS, Christi Obedientiam, & iustiti- am nobis imputatam statuit.

III. OSIANER, Dei iustitiam essentiali in nobis inhabitantem.

IV. CALVINVS iustificationem in sola Re- missione peccati constituit; & imputatio- nes iustitiae Christi non negat.

V. BUCERVVS & Pighius formalem eius causam duplē assignant; iustitiam no- stram inherentem, & Christi imputatam. Hæc vniuersitè:

Porrò de singulis separatim. Ac primo de Inherente iustitia in nobis.

m 3 I. LV-

